

Sic Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 8. art. 1. multos referens.

Immo si ius presentandi competeret parochianis, non presentabit conductor domus, sed dominus, nisi consuetudo esset, vel in limine foundationis sic statutum, vt habitantes in parochia, & sic conductores, presentarent; & nisi solum competere parochianis petitis Reftoris, & non presentatio; quia talis petitio competere conductori domus. Lambert. cum aliis ea quest. 8. art. 3.

Secunda conclusio. Non potest etiam dari in emphyteusim, quia ibi interuenit pretium, Lambert. cum aliis ea quest. 8. art. 5.

Tertia conclusio. Vniuersitate data in emphyteusim, vel locata, transit iuspatronatus, nisi excipiatur, cap. ex literis, de iurepatron. Sic Lambert. ea q. 8. art. 2. & 4. Spino speculo testam. glossa 4. num. 118. 119. Quod etiam de locazione ad breue tempus intelligunt Panorm. & Cardin. d. cap. ex literis. At communis sententia est, tantum intelligi de locazione ad longum tempus: vel tali contractu per quem transferretur vtile dominium, seu saltem vera possessio; secus si locatio esset ad modicum tempus, vel per quam transferretur sola detentio; quia cum tali vniuersitate sic locata non transferretur iuspatronatus. Sic Lambert. art. 2. & quod tantum quando locatio est ad longum tempus, transeat iuspatronatus, docent etiam Spino dicta glossa 4. num. 119. Gregor. Lopez l. 9. tit. 15. part. 1. vers. arrendando.

Quando vero dicatur locatio ad longum, vel breue tempus, consule Duenas regul. 40. Couar. 2. var. cap. 16. num. 1. Pinel. l. 1. part. 3. num. 63. C. de bonis mater.

An vero litemota super iure presentandi, possit conductor, vel alius possessor iuspatronatus, presentare, vel dominus, vide Spino ibi a. n. 120. Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 3. art. 9. num. 3. & quest. 11. art. 4. Gutierrez. consil. 4. sine. Gregor. Lopez l. 9. tit. 15. part. 1.

D V B I V M LXXXVI

An possit iuspatronatus dari in dotem.

Primò dico non posse dari in dotem; quia respectu mariti est titulus onerosus, & vit comparatur emptori. Sic Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 10. art. 1.

Secundò dico, quòd data vniuersitate in dotem, cui est annexum iuspatronatus, licet multi teneant non transire; at verius est transire. Spino speculo testam. glossa 4. num. 111. 112. Lambert. ea quest. 10. art. 1. vbi cum casus occurreret, est videndus. An vero tunc debeat presentare vir, vel vxor; & an si aliquis sit usufructuarius vniuersitatis, transeat iuspatronatus cum usufructu, & quis presentet, habes supra a. dub. 71.

D V B I V M LXXXVII

An publicatis bonis alicuius, publicetur iuspatronatus.

Quidam censent publicari. Sic Glossa cap. filius, 16. quest. 7. Rochus, Paulus de Citadinis, Decius, Panorm. Ferretus, Aufretius, quos refert, & sequitur Molina lib. 1. de primog. c. 24. n. 16.

dicens communem, & certam esse, quando fit confiscatio per iudicem Ecclesiasticum. Eandem tenet Iulius Clarus lib. 5. sentent. 8. fin. in pract. criminali. quest. 78. vers. Quæro modo, Spino speculo testam. glossa 4. num. 115. & alij mox citandi.

Quando vero fit à iudice seculari, quidam tenent non publicari; quia iudex secularis non potest confiscare iuspatronatus, cum sit spirituali annexum. Sic Acosta cap. si pater, de testam. in 6. part. 2. verbo, Trebellianice, num. 7. Gigas, Barbat. quos refert Molina ibi. Spino d. glossa 4. num. 115.

At verius est iuspatronatus cum vniuersitate villæ, seu hereditatis confiscata, in fiscum transire, etiam si iudex laicus confiscationem fecerit, modò (inquit Molina) id non specificè de iurepatronatus loquens faciat, sed genericè vniuersitatem, cum qua patronatus ex sui natura transire debet, sicut adiciat. Sic Perez lib. 1. ordinam. tit. 6. l. 1. fol. 138. Syluest. verbo, iuspatronatus, quest. 5. dicto 6. & Lambert. de iurepatron. lib. 3. quest. 8. art. 8. n. 20. & Molina alios referens d. num. 26. vbi addit immeritò, Lambert. ibi num. 21. tenere contrarium in vniuersitate hereditatis.

Nota tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus iuspatronatus cum vniuersitate bonorum est confiscandum, non debet transire exercitium iuspatronatus in fiscum, nec etiam in hæredes delinquentis, sed Ecclesia manet libera. Sic Rochus, & Lambertini: quos refert, & sequitur Molina dicto cap. 2. 4. num. 27. Simancas de Carbol. insit. tit. 9. num. 96.

D V B I V M LXXXVIII

Qualiter transferatur iuspatronatus permutione, an scilicet possit permutari.

Omnes Doctores conueniunt posse vnum iuspatronatus cum alio permutari, quia permutatur spirituale cum spirituali. Sic referens plures, & dicens tenere omnes, docet Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 3. art. 2.

At tota difficultas est, an ad talem permutacionem sit necessaria licentia Episcopi. Quidam enim negant. Sic Glossa Clem. plures, de iurepatron. vers. libera, & ibi Abbas; & idem tenent omnes Doctores, præter Rochum, & Paulum de Citadinis, vt refert Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. g. 3. art. 2. num. 8. idem Stephanus Caiet. cap. fin. de elect. in 6. licet prius dixerat requiri consensum ordinarij, at tandem hanc partem concludit addendo hoc esse verum, etiam si permutes essent patroni diuersarum Ecclesiarum ex diuersis causis, & ex diuersis stipitibus.

At verius est requiri consensum ordinarij. Immo Syluest. vbi infra, dicit esse simoniam, si permutentur absque consensu ordinarij; quia cap. questum, de verum permutat. dicitur committi simoniam, quando sic commutantur spiritualia, vel spiritualibus annexa, ex quorum numero est iuspatronatus. Sic Syluest. Permutatio, 2. quest. 1. Anton. cap. querimoniam, de iurepatron. num. 4. Rochus de iurepatron. verbo ipse, vel is, quest. 26. Paulus de Citadinis eodem tract. 9. part. 9. quest. 5. lex 8. tit. 15. p. 1. & ibi Gregor. Lopez vers. del Obispo Molina lib. 1. de primog. c. 24. num. 14. & hanc dicit tutiorem Lambert. d. art. 2. n. 9. & ratio est, quia cum laicus non possit habere, nec sit habilis ad iuspatronatus, nisi

ex gratia, licentia Episcopi est causa efficiens, vt sit habilis: cum ergo hic non adit, non erit habilis ad retinendum iuspatronatus, quod sibi conferitur. Et si dicas, iam est habilis, quia iam habebat iuspatronatus: responderetur quòd ex eo quòd habitus est gratiosa, & limitata in vna Ecclesia, non est extendenda ad aliam.

Nota primò Molinam eo num. 14. limitare, nisi permutetur iuspatronatus cum Ecclesia, vel loco pio. At Doctores, quos ipse refert, id non dicunt, & fortè intelligit non requiri licentiam ex parte iuspatronatus, quia quando donatur Ecclesia, non est necessaria talis licentia; at bene requiritur ex alia parte, quia scilicet Ecclesia alienat iura sua, ad quam alienationem requiritur licentia, cum scilicet Ecclesia permurat iuspatronatus, quod habet in aliam Ecclesiam, cum alio iurepatronatus. Sic Lambert. eodem artic. 2. num. 10. 11. 12.

Secundò nota hanc sententiam intelligi de permutacione, quæ fieret de integris, & separatim duobus iuribus patronatus diuersarum Ecclesiarum non proueniuntibus ab vno stipite, v. g. ab vno defuncto: at quando iura patronatus etiam diuersa, & diuersarum Ecclesiarum, proueniunt ab vno stipite, quia scilicet idem defunctus habebat plura iura patronatus, & in illis succedunt hæredes, possunt sine consensu Episcopi inter se diuidere illa iura patronatus, ita vt vnus sit patronus in vna Ecclesia, & alter in alia: & in hoc casu intelligenda est prior sententia. Sic Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 3. art. 2. num. 9. & 4. 2. art. 36. num. 27. vbi addit num. 21. cum Cardin. posse apponi conditionem in hac diuisione, quòd vno ipsorum hæredum mortuo ius liberis, illud iuspatronatus redeat ad hæredem.

Tertiò nota quòd sicut plures hæredes possunt inter se diuidere plura iura patronatus defuncti sine consensu Episcopi, eodem modo patronus representans hæredes habens plura iura patronatus, potest illa distribuere inter hæredes eius absque Episcopi consensu. Sic Lambert. lib. 1. part. 2. quest. 6. art. 2. num. 5.

Item possunt patroni inter se conuenire, vt alterius vicibus presentent, vt habes supra dub. 72. vbi an ad hoc requiratur consensus omnium. Et sicut potest hæc diuisio fieri in tempore, ita & in loco: & sic possunt conuenire, vt vnus in vna Ecclesia presentet, & alius in alia. Sic Lambert. lib. 1. part. 2. quest. 2. art. 36. num. 22. Syluest. verbo iuspatronatus, quest. 4. dicto 2. Angel. ibi num. 7. Tabien. quest. 6.

D V B I V M LXXXIX

An iuspatronatus possit permutari cum quacumque re.

Primò dico, cum re temporalis permutare esset simonia: daretur enim spirituale pro temporali, & esset quoddam venditionis genus. Sic Panorm. c. querimoniam, de iurepatron. Lambert. alios referens de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 3. art. 3. Rochus eodem tract. verb. ipse, vel is, quest. 15. Paulus de Citadinis eodem tract. 9. part. 9. quest. 5. Hostiens. summam tit. de iurepatron. §. qualiter transferatur, vers. res permutata.

Secundò dico; aliqui dicunt ex consensu Epi-

scopi posse permutari cum re spirituali. Sic Host. Rochus, & alij, quos refert ibi Lambert. quod dicit intelligendum, quando commutatur cum Clerico, qui est capax illius rei spiritualis: secus quando cum laico, quia nequit effici capax per Episcopum.

D V B I V M X C.

Qualiter transferatur iuspatronatus legato, vel donatione.

Primo dico, quando ad hoc requiritur licentia Episcopi, dixi supra dub. 76.

Secundò dico. Si iuspatronatus donatur, vel legatur pluribus, & aliqui ipsorum repudiant donationem, vel legatum, accrescit aliis. Sic contra Specul. dicentem non accrescere, eo quòd in contractu inter viuos non est locus iuri accrescendi, nisi in usufructu, tenet Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 4. art. 5. Paulus de Eleazar, & Calder. quos ibi refert, Rochus de iurepatron. verbo ius, g. 6. vnde dicit Lambert. quòd reliqui acceptantes erunt patroni: & regula Speculatoris, quòd in contractu inter viuos non sit locus iuri accrescendi, non habet locum in indiuiduis, quale est iuspatronatus.

Tertiò dico, in donatione omnium iurium non venit iuspatronatus, quia est ius alterius nature, & non donatur tunc aliqua vniuersitas. Si tamen quis donaret omnia iura sua, & accederet pro consensu Episcopi, videretur explicare suam mentem esse donare iuspatronatus, & sic transeat ex hac quasi declaratione. Sic Lambert. ea q. 4. art. 6.

An vero quando donatur, vel legatur Ecclesia, censetur donatum, vel legatum iuspatronatus, vide Lambert. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 9. & quest. 6. artic. 3.

D V B I V M X C I.

An cum transferatur in alium iuspatronatus donatione, vel alio titulo habili, possint apponi conditiones per transferentem.

Prima conclusio. Potest apponere quascumque conditiones, quæ non sunt contra iura, sed secundum ius commune, quæ scilicet non tangunt iura Episcopalia; non immutant statum Ecclesie, nec aliquid faciunt contra iuris dispositionem, sed dant meliorem modum pro vniõne iuspatronatus, pro euitandis discordiis presentantium, pro eligendo digniori, vt si legas, vel donans iuspatronatus adiciat conditionem, quòd illud transeat à donatario, vel legatario in primogenitum masculum, & sic semper de primogenito in primogenitum, & quòd non in feminas etiam hæredes, vel quòd non exeat parentelam: quæ conditiones redundant in vtilitatem Ecclesie, cum citius fiat libera, quam si transferretur ad quoscumque hæredes: vel quòd presentandus sit in factis constitutus. Sic Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. q. 4. art. 4. n. 4. Rochus eodem tract. verbo, pro eo quod, quest. 13. Calder. consil. 19. de iurepatron. Quòd si dicas esse contra ius commune, quòd transeat de primogenito in primogenitum absque hereditate, & quòd transeat absque hereditate; ius enim commune vult, vt transeat cum hereditate: respondet Lambert.

bert. *ibi n. 5.* hoc inducitur esse in fauorem patronorum, & sic posse ipsos huic fauori renunciare. Et *num. 5. & 6.* dicit Lambert. debere interuenire consensum Episcopi, qui habebit duos effectus, alterum transferendi iuspatronatus, & alterum approbandi has condiciones, quando esset conditio, vt transferretur sine hereditate. Quid si apponeatur, vt transfretur in primogenitos masculos, seu in parentelam cum hereditate, postea apponi absque Episcopi consensu; quia nil esset contra ius commune: & quod possit poni, quod transeat in primogenitum, tenet Couarr. 2. *variar. cap. 18. num. 9.*

2. Secunda conclusio. Non tamen potest apponere condiciones contra ius commune, etiam de Episcopi consensu, quia licet hae possint apponi in limine fundationis, vt habes *hoc 2. lib. cap. 1. dub. 10. de accept. personat. post.* non; quia cessat ratio, vt Ecclesia fundetur, cum iam sit fundata. Sic Lambert. *ibi num. 5.* Quod tamen limitat *num. 7.* cum Panorm. *cap. cum dilectus, de consuetud. notab. 5.* nisi post beneficium creatum vrgeret aliqua causa, vt condiciones, & modi apponerentur etiam contra ius; quia potest apponere Episcopus ad petitionem patroni.

3. Hinc fit, quod si patronus transferens iuspatronatus apponeret conditionem, vt donatarius non posset presentare, nisi ad voluntatem alterius, etiam Episcopi, non valeret conditio, quia haec suae apponatur ad tempus, siue in perpetuum, est contra ius commune; quia si in perpetuum, semper presentaretur non patronus: si ad tempus, daretur occasio captandae mortis, contra *cap. ne captandae, de prebend. in 6.* Sic Lambert. *ibi art. 4. n. 4.* Ioan. Monachus. *Andr. Domin. cap. unico. de iurepatron. in 6.* adduntque quod talis conditio non valeret, at non vitiaet donationem, vel translationem iuspatronatus.

4. Adnerit tamen Lambert. *ibi num. 4.* quod si reuocasset sibi, vt donatarius non posset presentare, nisi ad voluntatem donantis, valeret; quia tunc videtur donare iuspatronatus quo ad alios effectus, quam presentationis.

D V B I V M X C I I.

An possit pater iuspatronatus hereditarium obtinens illud in aliquem transmittere donationis, legatiae titulo, etiam in prauidicium heredum legitimorum, ita vt filiis nulla competat querela, quasi pater inofficiam donationem fecerit.

1. **P**rimo dico posse; quia, vt *supra dixi*, iuspatronatus cum sit quid spirituale, non est estimabile, sic Alexand. *quae refert, ac sequitur Couarr. 2. var. cap. 18. num. 9.* Archid. *cap. 1. de iurepatron. in 6.* Rochus de *iurepatron. verbo ipse, vel is, quest. 23.* Lambert. *eodem tit. lib. 1. p. 2. quest. 2. art. 7.* Perez *lib. 1. ordin. tit. 6. l. 1. fol. 143.* Molina *lib. 1. de primogen. c. 24. num. 30.*

2. Sed quid dicendum, quando iuspatronatus ex ipsa institutione defertur filiis, nepotibus, & liberis, etiam si haeredes non sint, an possit hoc a patrono, qui primus institutor non est, in aliquem transferri, aut alienari in prauidicium eorum, qui prima ipsius iuspatronatus institutione ad id vocantur, nam Lambert. *d. quest. 2. art. 6. & 8. n. 7.*

& Calder. *confil. 19. de iurepatron.* definiunt id fieri posse, quia gradatim vocatio liberorum, ac descendendum fit; & sic viuente possessore sequens in gradu nec patronus est, nec habet iuspatronatus, *licet pater. §. penultimo ff. de legat. 2.*

3. Secundò tamen dico id fieri non posse, & ratio dicta tantum probat viuente possessore ad eius vitam translationem hanc fieri posse abique sequentis in gradu prauidicium, & ideo mortuo possessore hae donatio, aut alienatio, translatiove non potest successori ex prima institutione absque haeredis titulo vocato nocere. Sic Francus, Anchar. *lib. 1. tit. 10.* Alexand. Cardin. Rochus, Parisius, Domin. *quos refert, ac sequitur Couarr. 2. var. cap. 18. num. 9.* Perez *d. l. 1. fol. 143.* Molina *d. cap. 24. num. 130.*

4. Tertio dico, quod licet voluntas testatoris sit deambulatoria vltque ad mortem, si tamen aliquis in suo testamento creauit, vel mandauit creari beneficium, & constituit aliquem tertium patronum, & ad praedicta interuenit consensus ordinarij, non potest testator reuocare, nec dare alij, quia iam illud iuspatronatus fuit perfectum in se, & per ipsum in alium translatum: secus quando non interuenit licentia ordinarij, sic Lambert. *de iurepatron. lib. 1. part. 1. quest. 4. art. 10. num. 4. & p. 2. quest. 6. art. 5. num. 5. & part. 1. quest. 5. art. 8. num. 45. & part. 2. quest. 1. art. 21. num. 6.*

D V B I V M X C I I I.

Quomodo transferatur iuspatronatus in alium via successiois hereditariae.

Primò dico. Iuspatronatus ex propria natura ad haeredes etiam extraneos cum hereditate transit, & hereditarium est, *cap. 1. & 3. de iurepatron. & Clem. plures, eod. tit.* Vnde non defertur iure sanguinis, sed iure hereditario: & pater, quia si transit in emptorem quemcumque cum viuente, vt diximus, à fortiori in haeredem quemcumque cum hereditate. Sic contra aliquos dicentes tantum ad haeredes sanguinis pertinere, tenet Lambert. *de iurepatron. lib. 1. part. 2. g. 2. art. 1. à num. 21.* Rochus *eodem tract. verb. ipse, vel is, §. 8.* Panorm. *cap. 1. de iurepatron.* Cardin. Anchar. Imola, Decius, Aretin. Iason, Federicus, quos refert, & sequitur Couarr. 2. *var. cap. 18. num. 6.* Glossa *cap. considerandum, & cap. filius 16. quest. 7.* Syluest. *verbo iuspatronatus quest. 4. dicto 5.* Armil. *ibi n. 5.* Angel. *num. 6.* Perez *lib. 1. ordin. tit. 6. l. 1. fol. 139.* lex *8. tit. 15. part. 1. & ibi Gregor. Lopez ver. de estranos, Spino speculo testam. gloss. 4. num. 46. & num. 53.* dicit, quod licet iuspatronatus sit fundatum in bonis Ecclesiasticis, vt de redditibus beneficiorum, auctoritate Ecclesiae transit ad haeredes, vt homines inuentur ad fundandas Ecclesias.

2. Nota, quod id dicitur deferri iure sanguinis, in quo haeres sit, siue haeres sit, siue non, ex sola agnitione, vel cognatione, vel specialia uocatione succedatur; id autem dicitur deferri iure hereditario, quod non nisi haeredi, iureque hereditario conuenit, sic Molina *lib. 1. de primogen. c. 5. num. 6.* vbi alios refert.

Hinc fit iuspatronatus non transire in filium, qui haeres patris non est, aut hereditatem patris repudiatur. Sic contra Glossam *cap. considerandum, 16. quest. 7.* tenet Panorm. *cap. 1. de iurepatron.* Lambert.

Lambert. *d. quest. 2. art. 1. & 17. 18.* Gregor. Lopez *d. l. 8. ver. de estranos, Syluest. Angel. Armil. supra, Tabien. verbo iuspatronatus, quest. 5.* Rochus *verbo ipse, vel is, quest. 6.* Cardin. Decius, quos refert, ac sequitur dicens communem Couarr. 2. *var. cap. 18. num. 7.* Spino *d. gloss. 4. num. 50. 56.* quod tamen limitandum est, vt *infra corollario 4.*

4. Secundò inferitur, quod si filius sit ex hereditate, non succedit in iurepatronatus. Sic Lambert. *dicta quest. 2. art. 21.*

5. Tertio inferitur, quod si filius sit melioratus in tertio, & quanto bonotus, si acceptet meliorationem, & repudiet hereditatem, non succedit in iurepatronatus, quia talis non est haeres; quia melioratio praelegatum, non institutio est, vt ex multis probat Matienzo *lib. 5. recap. tit. 6. l. 5. gloss. 4. num. 2.* Couarr. 2. *variar. cap. 2. num. 2.* Sic Spino *ea gloss. 4. num. 54.* Quod limita, vt in sequenti corollario.

6. Quarto inferitur, quod extraneo vniuersali haerede instituto ad eum pertinet iuspatronatus, non ad filium, etiam in re certa institutum. Sic contra Feder. & Anchar. citatos per Couarr. tenent Card. Francus, Guillelmus Benedictus, quos refert, ac sequitur dicens communem Couarr. 2. *var. cap. 18. num. 7.* & latissime Lambert. *d. quest. 2. art. 16.* Syluest. Angel. Tabiena *supra.*

7. Limita primum, tertium, & hoc corollario, nisi institueretur in re certa, quae est vniuersitas, vt in villa, in qua est patronatus, nam tunc cum illa transit. Lambert. *cap. 2. art. 16.*

8. Quintò inferitur, quod etiam si filius haeres instituitur in re certa pro sua legitima, aut simpliciter in legitima, instituto alio haerede vniuersali non pertinebit ad filium iuspatronatus, sed ad haeredem vniuersalem. Couarr. alios refert, 2. *variar. cap. 18. num. 9.* limita, vt corollarium praecedens.

9. Sextò inferitur, quod iuspatronatus delatum Sempronio, & eius filius ex prima institutione, non aliter filius Sempronij competit, quam si ipsius haeres sint, quia in re, quae propria natura ad haeredes extraneos transit, stipulatio, aut conuentio facta in fauorem paciscentis, & eius filiorum, intelligitur, si filij haeredes sint; & filij vocantur vt haeredes, vt docent glossa, Barr. & communis *l. si tibi. §. si pater. ff. de pallio.* Sic contra Anchar. tenet Decius, quem refert, ac sequitur Couarr. *dicto cap. 18. num. 17.* Lambert. *d. quest. 2. art. 17. ad finem.* Spino *dicta glossa 4. num. 52.* & communis.

10. An verò conditio, vt ad haeredes sanguinis, vel tantum ad primogenitum transeat iuspatronatus, valeat, habes *supra dub. 9.*

11. Septimò inferitur, quod si filij adoptiui, vel adoptati sint haeredes patris ex testamento, vel ab intestato, succedunt in iurepatronatus, cum etiam haeres extraneus possit in illo succedere; secus verò non succedunt. Sic Lambert. *ibi art. 24.*

12. Secundò dico, quod si testator instituit tribus haeredibus, vti eorum iussit propriis ipsius haeredis impensis Ecclesiam construxit, & eaque fuerit consensu Episcopi constructa, mortuo testatore iuspatronatus acquiritur omnibus testatoris haeredibus; quia cum haeres nomine testatoris, & iussu Ecclesiam construxerit, eius hereditati censetur acquisitum, *l. hic consequenter, §. 1. ver. sed & cum monumentum, ff. famil. hereditum.* Sic

contra Rochum tenet Lambertin. Mantua, Bald. quos refert, & sequitur Couarr. 2. *variar. cap. 18. sine.*

Tertio dico. Si testator disponat iuspatronatus spectare ad filios suos, & descendentes, si eueniat casus, quo filij non habent descendentes, sed obeunt relicto haerede collaterali, vel extraneo, licet alij aliter dicant, at verius est succedere talem haeredem; quia mens testatoris non fuit, vt deficientibus descendibus remaneret Ecclesia libera, sed ad hunc effectum, vt extantibus descendibus, alij non succedant, at illis deficientibus reducatur res ad ius commune, iuxta quod succedunt omnes haeredes, etiam extranei. Sic Lambert. *d. quest. 2. art. 5.* vbi cum Anchar. dicit idem, licet dubius, quando testator vocasset ad iuspatronatus eius filios, & descendentes, & Petrum extraneum.

Quarto dico, quando habens iuspatronatus de illo non disposuit, & nullus mansit haeres patroni, nec ex testamento, nec ab intestato, manet Ecclesia libera. Quòd si dicas silem tunc esse haeredem ab intestato; & licet sit extraneus, iuspatronatus etiam transit ad haeredes extraneos. Respondetur id esse verum, quando haeres extraneus succedit ex voluntate, & affectione testatoris; at silem non succedit sic, sed in defectu haeredis. Sic Lambert. *d. quest. 1. art. 40.* & refert Panorm. *cap. 1. de elect. & alios.*

5. Quintò dico, quod haeredes patroni succedunt in iurepatronatus, si sint alij compatroni, v. g. tres dotarunt Ecclesiam, vel hereditaria successione acquisierunt iuspatronatus, si aliquis ipsorum obeat, eius haeredes succedunt in illo iurepatronatus defuncti vna cum aliis compatronis. Sic contra Firmianum tenet Lambert. *d. g. 2. art. 33.*

Sextò dico. Si ad iuspatronatus sit vocatus senior ex parentela, & obeat senior, qui id possidebat, non succedit filius, si sit alius senior in parentela. Sic Lambert. *ea quest. 2. art. 33.*

An verò successore maioratus succedat in patronatu possessio à maioratus possessore, consule Molinam *lib. 1. de primogen. cap. 24. a num. 27.*

An verò in successione patronatus sit locus representationi, v. g. an si pater meus, qui succedebat in patronatu, praemortuus possessoris patronatus, succedam ego, vt contingit in maioratu, quasi representans meum patrem, vel succedat patrius meus, scilicet frater patris mei, qui est proximior possessori, quam ego, consule Couarr. *pract. cap. 38. num. 15.* Spino *speculo testam. gloss. 4. num. 56. 57.* vbi alios refert: Molinam *lib. 3. de primogen. cap. 8. num. 9.* Perez *lib. 1. ordinam. tit. 6. l. 1.* Et an praefertendus sit filius minor forori maior; vide Perez *lib. 5. ordinam. tit. 2. fol. 115. pagina 1. fine.*

Tandem, si ingrediatur patronus monasterium capax succedendi, dicit Lambert. *d. quest. 2. art. 25.* transire in monasterium iuspatronatus, dum viuunt patronus; quia habetur loco filij, & succedit in omni iure. Monachi, *cap. 3. praesentia, de probat.* At Perez *lib. 1. ordin. tit. 6. l. 1. fol. 145.* dicit hoc esse certum, quando transferatur in monasterium viuente testatoris, vt villa, haereditas, & c. cui ius patronatus adhaeret; secus quando non adhaeret viuente testatoris, sed est personalem enim extincta persona etiam ciuiliuer per professionem

conferat transire in nominatum verè, non autem in nominatum per fictionem, quale est monasterium, ut etiam docent Bellamera, & Rebuffus, quos refert, ac sequitur Tiraquel de primog. quest. 2. num. 11. vide que de hac re latè dixi lib. 7. summa cap. 14. a num. 1. usque ad 13.

D V B I V M X C I V

An ius patronatus transeat in fideicommissarium, cui hereditas restituitur, vel maneat apud heredem directum.

Quidam dicunt transire in fideicommissarium. Sic Roman. quem refert Molina lib. 1. de primog. cap. 24. num. 6. & cum sequitur latissime probans à num. 10. per plures, & P. Molina tomo 1. de iust. tract. 2. disp. 187. sine. Nec abhorrent Couarr. 2. var. cap. 18. num. 8. licet enim sequatur contrariam sententiam, at dicit satis de hac re posse controverti, & satis probabile est.

At communior, & probabilior sententia tenet non transire, sed remanere apud heredem directum. Ratio est, ex præsumpta testatoris voluntate, ex qua apud primum heredem manet directum, & honorificum heredis nomen, quo ipsum testator donavit, & ideo iura ad honorem potius, quam ad pecuniarum commodum pertinentia, & quæ verum heredis nomen præmittunt, non sunt fideicommissario tradenda. Sic Bartol. Alexand. Barbat. C. de iudic. l. 1. quos refert, & sequitur, dicens communem, Couarr. cap. Raymuntus. de testam. l. 9. n. 8. & lib. 2. var. cap. 18. num. 8. Beroius cap. 1. de iurepatron. n. 5. Padilla C. de fideicommiss. in rub. num. 25. Iason, Decius, Guillel. Benedic. Paulus de Citadinis, quos refert Molina d. cap. 24. num. 5. Gregor. Lopez part. 6. tit. 5. l. 1. 2. vers. de litate. Rochus de iurepatron. verbo ipse, vel is, q. 9. Lambert. eod. tit. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 35. Perez lib. 1. ordinum tit. 6. l. 1. fol. 139. Anton. Gomez 1. varior. cap. 5. num. 29. Acolta cap. si pater, de testam. in 6. p. 2. verbo Trebellianica, num. 4.

D V B I V M X C V

An in divisione hereditatis possit index vni ex heredibus applicare ius patronatus.

1. Anehar. e. querimoniam, de iurepatron. tenet posse, quia est vitulus Ecclesie habere vnum, quam plures patronos. 2. At contrarium est dicendum, quia est annexum toti hereditati. Sic Ioan. Andr. & Panorm. d. querimoniam. Hostien. Rochus, quos refert, ac sequitur Perez lib. 1. ordinum tit. 6. l. 1. fol. 140. Gregor. Lopez l. 2. vers. partit. tit. 15. part. 1. Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 2. art. 37. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 4. dicto 5. Armill. ibi n. 6. Angel. num. 3. Tabien. quest. 7. 3. Linita, nisi villa, vel alia vniuersitas adiudicaret vni in divisione, cui est annexum ius patronatus, transiit cum illa. Sic Lambert. Perez, Gregor. Lopez, ibi. 4. Nota tamen, quòd non debet estimari ius patronatus, ut hac ratione plus alij adiudicetur heredi; effect enim iunioria. Sic Perez, Gregor. Lopez, Lambert. Armill. Syluest. Angelus, Tabiena ibi.

An possit ius patronatus transferri titulo habili in eos, qui ex fundatione non possunt acquirere ius patronatus, ut in hereticos, &c. de quibus supra dictum est, ut donatione hereditaria successione, venditione vniuersitatis.

Respondetur, quòd, ut ibi dixi, ex iis quidam prohibentur in totum, ut heretici, &c. Quidam tantum quoad exercitium durante eo impedimento, ut excommunicati. Omnes ergo ij, qui prohibentur in totum acquirere ius patronatus ex fundatione, non possunt acquirere ex successione, & aliis titulis habilibus; quia maior ratio est, ut ex fundatione acquirerent, quique tantum prohibentur quoad exercitium, similiter succedent in iurepatronatus, at non habebunt exercitium, donec cesset impedimentum. Sic Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. quest. 2. art. 38.

D V B I V M X C V I I

An succedant in iurepatronatus filij illegitimi, & quid de legitimis.

Primo dico, quòd si sint heredes habentis ius patronatus, succedunt in eo filij illegitimi, etiam spurij, quia etiam heredes extranei succedunt. Sic Gregor. Lopez l. 8. vers. Fugit, tit. 15. p. 1. Lambert. cum aliis, de iurepatron. lib. 1. p. 2. quest. 2. art. 26.

Hinc fit attendendum esse, an sint heredes: de qua re latè dicam infra lib. 4. cap. 3. dub. 8. & sequentibus, de illegitimis; & in casu, quo sunt heredes, succedent in iurepatronatus; alias non. Sic Lambert. ibi.

Secundò infertur, quòd cum filij naturales, deficientibus descenditibus, & ascenditibus legitimis, sint heredes ab intestato patris in duabus vncijs, ut dicam loco citato, succedent cum aliis heredibus patris ab intestato in iurepatronatus. Ratio, quia (ut dicemus infra) ita est patronus, qui est heres in vna parte parva, sicut qui in magna: nec dicuntur hi instituti in te certa, sed in incerta. Sic Lambert. ibi.

Nora, quòd si ex fundatione tantum venterur ad ius patronatus consanguinei, vel qui sunt de parentela, non succedent illegitimi, quia non sunt proprio consanguinei, nec de parentela; ut concludunt Anton. cap. per venerabilem, qui filij sine legit. & Alexand. l. ex factis. Si quis rogatus, in fine, ff. ad Trebell. Sic Lambert. d. quest. 2. art. 27. Rochus de iurepatron. verbo competens, quest. 2. Perez lib. 1. ordinum tit. 6. l. 1. fol. 141.

Secundò dico, quòd legitimi nati ex illegitimis, cum possint inlitiu heredes ab auro, possunt ex testamento succedere in iurepatronatus aui; & quando non sunt heredes, non succedent. Lambert. plures referens art. 32.

Tertiò dico, quòd illegitimus legitimatus per subsequens matrimonium succedit in iurepatronatus; quia quoad omnia est legitimus. Perez multos referens dicto fol. 141.

Quarò dico, Legitimatus à Papa in illis casibus succedit in iure patronatus, in quibus succedit

cedit in hereditate; secus non nisi expresse legitimaretur, ut succedat in iure patronatus; & adhuc tunc non est certum posse in eo succedere. Lambert. ea quest. 2. art. 28.

Quintò dico. Legitimatus à Principe seculari quo ad successorem hereditariam, secundum aliquos, non succedit in iure patronatus, quia est hæc successio in iure spirituali; nisi ius patronatus in consequentiam hereditatis veniet, ut quia in hereditate applicatur villa, cui est annexum ius patronatus. Sic Perez d. l. 1. fol. 141. At melius Lambert. d. quest. 2. art. 29. re latè discussa tenet succedere. Ratio, quia iure canonico statutum est transmitti ad hæreses: ergo si Princeps secularis, prout potest, facit illegitimum capacem hereditarie successonis, in consequentiam succedit in iure patronatus.

Ultimò dico. Si illegitimus, qui non est spurius, offeratur Curie Principis secularis, vel proficiatur in Religione, succedit in iure patronatus; quia per hoc legitimatur quoad successorem hereditariam. Sic Lambert. d. quest. 2. art. 30. 31. At hoc est valde dubium, quia est valde dubium, quòd per hoc legitimetur, quoad successorem hereditariam, ut dicam infra lib. 4. cap. 3. dubio ultimo, de illegit.

D V B I V M X C V I I I

Quando titulo habili, ut donatione, vel quia plures sunt heredes vnius patroni, ius patronatus transferuntur in plures, quo pacto illi plures sint patroni, scilicet an omnes habeant unam vocem, vel plures.

1. Si prima conclusio. Omnes sunt patroni in solidum; quia cum ius patronatus sit quid spirituale, ac indiuiduum, non potest diuidi inter plures, sed omnes sunt patroni in solidum. Sic Spino speculo testament. glossa 4. num. 59. 60. Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 23. vbi alios refert. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 4. dicto 1. & omnes.

2. Secunda conclusio. Licet omnes hi dicantur patroni in solidum, at omnes habent tantum ius, quantum habebat defunctus, vel is, cui successerunt in iure patronatus, v. g. si sint duo patroni, Petrus, & Paulus, & viginti succedant Petro in patronatu, Paulo vero vnus, illi viginti habebunt tantum vnam vocem, sicut Petrus, cui successerunt, & æqualis erit ipsorum voci vox vnus, qui successit Paulo: & sic licet ius patronatus sit indiuiduum, quoad substantiam, est tamen indiuidibile quoad ius presentandi. Patet ex Clement. plures, de iurepatron. & docet ibi Cardin. Spino, & Syluest. supra, Lambert. d. quest. 1. art. 25. num. 15.

3. Hinc infertur ius patronatus competere heredibus in stirpes, & non in capita: & sic plures heredes vnus tantum vocem habent. Sic expresse definitur dicta Clement. plures. Et ratio est, quia succedunt in iure defuncti, & omnes heredes eius personam representant: ergo sicut defunctus vnus tantum vocem habebat, ita eius heredes, & ita docent omnes.

4. Nota quòd Cardin. dicta Clement. plures, dicit hoc non procedere in collateralibus succedentibus defuncto, sed tantum in descenditibus. Sed Th. Sanchez Consil. moral. Tom. 1.

contrarium est tenendum, quia Clement. plures, loquitur generaliter, & est eadem ratio. Sic Perez lib. 1. ordinum tit. 6. l. 1. fol. 141. Rochus de iurepatron. verbo ipse, vel is, quest. 1. num. 3. Spino dicta glossa 4. num. 61. Lambert. d. quest. 1. art. 25. num. 31. 32. & art. 26. Gregor. Lopez l. 8. tit. 15. part. 1. vers. Per heredamieto.

Secundò nota idem procedere in pluribus successoribus ab intestato, eadem ratione. Sic Anchar. Imbola, & omnes d. Clem. plures, vt refert, & sequitur Perez d. fol. 141. Rochus verbo ipse, vel is, quest. 2. num. 5. Lambert. d. art. 25. num. 31. 32.

Tertiò nota idem dicendum esse, si res ad plures veniret donatione, vel venditione, & in consequentiam ius patronatus, vt si plures emerent villam, cui est annexum ius patronatus. Sic glossa d. Clement. plures, vers. restitit, Card. Imbola ibi, Rochus, & Perez, vbi in secundo notabilis, Lambert. d. quest. 1. art. 24. num. 18. & art. 25. num. 31.

Tertia conclusio. Licet heredes infirmitantur inæqualiter, & que succedent in iurepatronatus, v. g. si quis plures instituit heredes vniuersales: at inæqualiter, vt vnus in tertia parte hereditatis; alium in duabus tertijs partibus hereditatis: vel vni donauit, seu legauit tertiam partem ius patronatus, quod ipse habebat, alteri verò alias duas tertias partes; vel vni vendidit tertiam partem villæ, in qua est ius patronatus, alteri verò duas partes dictæ villæ: at omnes hi, siue heredes, siue donatarij, siue emptores, succedent æqualiter in iurepatronatus quoad presentacionem, licet inæqualiter in eos facta sit translatio. Sic Gregor. Lopez part. 1. tit. 15. l. 12. vers. mas ruder. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 4. dicto 1. Tabien. ibi, quest. 5. glossa cap. 1. de iurepatron. vers. diuidi, & cap. pia mentis 16. quest. 7. & ibi Archid. Hostien. Goffred. Ioan. Andr. Cardin. Panorm. & multi alij, quos refert, & sequitur Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 2. quest. 1. art. 24. vbi latissime id probat. Et n. 16. idem dicit, quando testator, vel donator dixit in donatione, vel legato, Tibi dono, vel lego tertiam partem ius patronatus, & Tertio duas alias tertias partes.

Nota tamen, quòd hic, qui in maiori parte institutus est, habet vocem pinguiorem, non quòd habeat duas voces, sed quia, existentia æquali numero patronorum, debet præferri præsentatus ab hoc, qui institutus est in duabus partibus, sicut supra dub. 48. diximus de inæqualiter fundantibus. Sic Lambert. ibi num. 13. cum aliis, quos ibi refert. Innocent. cap. 1. de iurepatron. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 4. dicto 1.

Quarta conclusio. Si vnus est hæres duorum, duas habebit voces, vt vult glossa Clement. plures, de iurepatron. & ibi omnes, vt refert simul cum Panorm. ac sequitur Lambert. de iurepatron. lib. 1. q. 1. p. 2. art. 25. num. 27. & art. 29. dicit, quòd si vnus est patronus cum aliis, & aliquis illorum constituit ipsum heredem, habebit duas voces. Idem Rochus de iurepatron. verbo ipse, vel is, quest. 4. Imbola d. Clem. plures, & refert Paulum de Eleazar, Laur. & Lapum.

Ultima conclusio. Si aliquis legat ius patronatus, vel aliter transfert aliquibus sub nomine collectiuo, & alteri singulari persona, tantum ius habebit illa singularis persona, actotum Collegium: secus quando ex verbis testatoris colligitur, mentem eius fuisse vt omnes illi succedant. E e 2 non

non per stirpes, sed per capita: vt quando vtitur verbo distributio, vt si dicat, lego, vel transfero hoc ius patronatus in quinque de mea familia, nominando eos sigillatim proprio nomine, omnes succedunt in capita. Sic Lambert. lib. 1. part. 2. quest. 1. art. 28. vbi alios refert. Rochus verbo ipse, vel u, quest. 3.

DVBIVM XCIX.

Quando plures sunt heredes, vel alio modo succedant in iure patronatus vnus, quomodo computetur vox illorum, scilicet an requiratur, vt faciant vocem, vt omnes concordent in presentatione.

Stephanus relatus à Lambert. vbi infra, dicit id requiri: & vnus hæredum discordiam inficere presentationem.

At dicendum est, quod maior pars hæredum, vel successorum habet integram vocem illius, cui successerit: & minor pars in nulla prorsus est consideratione iure absorbtionis, id est, velut absorbtita à maiori parte. Vnde fit, quod si sint duo patroni, & alter illorum transferat successione, vel alio modo ius patronatus in decem, si sex ex illis decem, qui faciunt maiorem partem, presentent Petrum, & quatuor vnà cum alio patrono presentent Paulum, hic locus, vt Episcopus eligat, quem maluerit, hi enim sunt presentati ab æquali numero patronorum; quia maior illa pars ex illis decem habet vicem vnus patroni, & ita absorbet minorem partem, vt in nulla sit consideratio. Sic Rochus de iure patron. verbo ipse, vel u, quest. 2. Lapus, & Cardin. quos refert, & sequitur Lambert. de iure patron. lib. 1. p. 2. q. 1. art. 25. n. 10. 21. 22. & num. 21. & 30. dicit cum Cardin. quod hæc maior pars intelligitur simpliciter, vt sunt decem heredes, sex non autem partium comparatione minorum, quia cum vox sit vnica, oportet illam esse apud omnes, vel apud maiorem partem ipsorum; & si non conuenit maior pars, in nulla sunt consideratione suffragia: licet (vt infra dicemus) quando plures sunt patroni totius iuris patronatus, fat est maior pars respectu minorum: idem Rochus verbo ipse, vel u, quest. 2.

DVBIVM C.

An quando sunt plures patroni totius iuris patronatus, vt si plures fundarunt, & requiratur, vt omnes concordent, vel sit eligendus presentatus à maiori parte.

Primo dico non requiri, vt omnes concordent, sed debet eligi presentatus à maiori parte. Patet ex c. 3. de iure patron. quia licet videatur copulatio require, quod dignior sit, & à maiori parte presentatus: at glossa ibi vers. Quia maioribus, dicit lat esse, si sit idoneus, & à maiori parte presentetur. Idem ibi Cardin. Ioan. Andr. idem Firmianus, Paulus de Citadinis, & omnes, vt refert, & sequitur Lambert. lib. 2. part. 3. quest. 4. art. 1. Spino speculo testam. glossa 4. num. 88. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 12. & omnes Doctores citandi pro sequenti conclusione.

Secundò dico. Quando hi plures patroni presentant vt singuli, lat est, vt sic maior pars re-

spectu minorum, vt si sint septem patroni, & tres presentent Paulum, & duo Petrum, & duo Martinum, Paulus est eligendus, quia licet non habeat maiorem partem simpliciter, habet tamen maiorem respectu aliorum. Si verò presentatio fiat ab illis vt à Collegio, requiritur absolute maior pars totius Collegij. Et idem est dicendum, quoties aliqui habent explicare aliquem actum; nam si vt singuli, fat est maior pars respectu minorum: si verò vt vniuersitas, seu Collegium, requiritur maior pars absolute. Sic Ioan. Andr. cap. 3. de iure patron. Cardin. & Panorm. ibi, & multi alij, quos refert, ac sequitur Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 3. quest. 4. art. 2. Spino dicto num. 88. Felin. cap. cum omnes, de constitut. num. 20. Boetius decis. 121. Syluest. verbo ius patronatus, quest. 13. Angel. num. 20. Tab. quest. 18. Greg. Lopez l. 10. tit. 15. part. 1. vers. los mas.

Intellige requiri maiorem partem Collegij, scilicet assentientium, modò saltem dua partes assint, quia ad Collegium, vel vniuersitatem constituendam fat est interuenire duas partes vniuersitatis, vel Collegij. Sic Panorm. cap. Ecclesia vestra, circa finem, de elect. & cap. cum omnes, de constit. vbi dicit esse commune. Spino dicto num. 88. Rochus de iure patron. verbo honorificum, quest. 38. de quo consule Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 2. quest. 2. artic. 19.

Hinc fit quòd cessante iure speciali non valet electio Rectoris facta per scholares, nisi maior pars absolute eligat. Ratio, quia eligunt vt Collegium, non vt singuli; argumento cap. cum pro causa, de procurat. & per Innocent. cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. & per Bartol. l. fin. ff. de colleg. illis. Sic Panorm. cap. 3. de iure patron. num. 13.

Quando verò ius patronatus, vel electio competit parochianis alicuius Ecclesie, non competit illis vt vniuersis, sed vt singulis: quia parochiani non faciunt Collegium, nec reperitur in iure tale Collegium. Sic Panorm. consil. 76. volum. 2. Calder. consil. 9. de iure patron. Picus l. Titia, §. Titia quest. 3. ff. de legat. 2. Spino speculosestament. glossa 4. num. 88.

In dubio autem non debentur patroni presentate vt Collegium, sed vt singuli. Sic Felin. cap. cum omnes, de constit. num. 29.

Tertiò dico. Preferendus est presentatus à maiori parte, modò dignus sit, presentato digniori à maiori parte, vt dixi supra hoc secundo libro cap. 1. dub. 6. de accept. person.

Quartò dico. Si maior pars presentat indignum, si scienter, vel non scienter, ac non presentant alium infra tempus datum ad presentandum, cum non teneat illa presentatio, & sit, ac si facta non fuisset, valebit presentatio digni facta à minori parte, etiamsi ab vno fiat: nec fit deolutio ad Episcopum stante illa comparatione presentatione. Sic Lambertin. de iure patronatus, lib. 2. part. 3. quest. 4. artic. 5. & quest. 5. art. 20. vbi addit quòd si maior pars presentet indignum, & dua partes æquales duos dignos, dabitur optio Episcopo, cum presentatio indigni non valeat.

Quintò dico. Sat est, presentet maior pars, licet non sit sanior. Sic Rochus de iure par. verbo honorificum, quest. 59. Lambert. d. quest. 4. artic. 6. Panorm. & Cardin. cap. 3. de iure patron. Limitant Rochus,

Rochus, & Lambert. nisi presentatio facienda sit à Collegio, vel vniuersitate: tunc enim de sanioritate citatur, declarando, & intelligendo in quo consistat hæc sanioritas, vt declarant Panorm. & Ioan. Andr. cap. Ecclesia vestra, de elect. Et addunt Rochus, & Lambert. cum Panorm. vbi est pluralitas vocum, presentium sanioritatem. Vide dicenda infra dub. 102.

An verò quando Religiosus presentatur, fat sit vt à maiori parte presentetur, vel si opus sit, vt ab omnibus, vide Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 1. quest. 7. art. 20. Et an patronus se ipsum vnà cum aliis patronis presentans augeat numerum, habes supra dub. 74. & quando plures patroni succedunt vni, qualiter accipienda sit maior pars, dixi dubio precedenti.

Tandem limitandum est, quòd diximus, nempe presentatum à maiori parte esse instituentum, nisi immineret scandalum, quia ob hoc vitandum, non est instituentus presentatus à maiori parte, vt est textus expressus cap. 3. de iure patron. Sic Lambert. alios refertens d. quest. 4. art. 8. Quale verò scandalum sit tale, consule Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 2. quest. 1. art. 19. & ultima.

DVBIVM CI.

An cum patroni diuidunt vota sua equaliter, v. g. duo patroni presentant vnum, & duo alios, quos horum sit instituentus.

Aliqui dicunt de rigore iuris posse attendi, neutrum teneri Episcopum institueri, sed posse institueri extraneum, quia cap. 3. de iure patronat. dicitur presentatum à maiori parte esse instituentum, & patronis discordantibus posse Episcopum ordinare Ecclesiam, & sic institueri extraneum: at in hoc casu patroni discordant, cum neutrum eligat maior pars: ergo. Sic Panormitan. Cardin. & Calder. cap. cum autem, de iure patron. & Syluest. verbo ius patronatus, quest. 8. dicto 4.

At dicendum est nullo modo posse, sed teneri institueri vnum ex illis, & Episcopo datur optio, vt eligat quem maluerit; quia cum omnes patroni sint patroni in solidum, omnes sunt, ac vnus patronus: ergo cum diuidunt æqualiter vota, est ac si vnus patronus successit presentaret duos, variando: in quo casu (vt supra dixi) datur Episcopo optio. Sic multi, quos refert, ac sequitur Lambert. de iure patronat. lib. 2. part. 3. quest. 5. artic. 1. Ioan. Andr. & communis d. cap. cum autem. Angelus verbo ius patronatus, num. 22. Armin. num. 10. Tabien. quest. 20. Gregor. Lopez l. 10. tit. 15. part. 1.

Nota, quòd Gregor. Lopez ca. l. 10. vers. Escasencia, dicit prius Episcopum debere monere patronos, vt concordent; & probat ex cap. si duo, 79. dist. quòd nil prorsus probat; & ex Host. summa de iure patron. num. 8. vers. quid iuris, vbi Hostianum dicit posse Episcopum monere eos, vt concordent, ac non dicit ad id teneri: nec exteri Doctores hoc petunt, sed absolute dicunt dari Episcopo optionem: & sic est dicendum.

Secundò limita hæc sententiam, nisi alter presentatus ab æquali numero patronorum sit de sanguine fundatoris: is enim est preferendus, vt dixi supra de accept. person. dub. 11.

Th. Sanchez. Consil. moral. Tom. 1.

Tertiò limita, quando patroni sunt omnino æquales: nam si alter plus contulit ad fundationem, vel successit in maiore hereditatis, vel villa parte, cui est annexum ius patronatus, presentatus ab illo est preferendus, vt dixi dub. precedenti.

Quartò limita, quando ambo presentati sunt æqualis meriti: nam si alter esset dignior, non daretur optio Episcopo, sed illum teneri institueri. Sic Rochus de iure patronat. verbo honorificum, quest. 15. Lambert. lib. 2. part. 3. quest. 5. art. 1. num. 5. & refert multos Hostiens. d. num. 8. Subdit tamen Lambert. art. 2. cum Decio consil. 129. quòd si de facto minus dignus presentatus ab æquali numero patronorum instituitur, peccabit institutus, ac tenebit institutio.

Hæc autem maior, vel minor dignitas qualiter consideranda sit, late dixi supra, vbi de accept. person. & late tractat Lambert. ca. quest. 5. ab art. 3. per plures, vbi, si pauperi diues, indocto doctus, ignobili nobilis, Theologo Iurisperitus, iuueni senior preferendus sit.

DVBIVM CII.

An quando vota presentantium sunt equalia, sint attendende ipsorum patronorum presentantium qualitates, vt quòd aliqui ipsorum sint clerici, alij laici, alij masculi, alij femine, &c.

Et quòd sint attendende, vt sic illa pars, in qua digniores patroni sunt, præualeat, videtur tenere Hostiens. cap. 1. de iure patron. quem ibi refert, ac sequitur paulo ante finem, Ioan. Andreas. Idem Innocent. quem refert, ac sequitur Syluest. verbo ius patronatus, quest. 13. sine. Pro eadem sunt alij dicentes quòd æquali numero patronorum presentante presentetur presentatus à masculis tanquam à dignioribus. Hi sunt Felin. cap. quoniam, de testibus. Aretinus, Thomas Grammaticus, quos refert, ac sequitur Spino speculo testam. glossa 4. num. 48. Bald. l. 1. ff. de senator. Barthol. Bencellinus, Aretinus, Colectus, Florianus, quos refert Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 3. quest. 5. art. 19.

At dicendum est non esse in consideratione has qualitates patronorum (nisi quando alter plus contulit, vel successit in maiori parte hereditatis, vel villa, de quo dixi supra dub. 98.) quia cap. quoniam, de iure patronat. tantum ponderatur numerus patronorum, & qualitas presentati. Nec obstat cap. dudum, de elect. quia habet locum in electione, in qua seruatur forma cap. quia propter, de elect. Sic Lambert. re late disputata dicta quest. 5. artic. 18. & 17. & 19. Stephanus cap. finali, de elect. in 6. Rochus de iure patronatus, verbo honorificum, quest. 59. Vnde inferunt Rochus ibi, & Lambertin. eo art. 10. presentatum à masculis non esse preferendum presentato à femina, quia qualitas patroni non est in consideratione: nisi (inquit Lambertin.) dicamus priorem sententiam esse veram in duobus hæredibus, altero masculino, & altero femina, iuris patronatus ab vno patrono descendibus, tunc enim debet preferri vox masculini tanquam dignioris: scilicet quando masculus

Et 3 &c

& femina essent patroni æque principaliter ex diuersis viis & ibi constituit rationem differentia.

3. Limita tamen sententiam, nisi patroni præsentent vt Collegium; quia tunc attendentur hæc qualitates presentantium. Sic Lambert. art. 18. & dixi supra dub. 100. dicto 5. ex ipso Lambertini. & Rocho.

DVBIVM CIII.

An patroni ad presentandum necessario debeant conuenire, seu confluere in vnum locum, & sic omnes vocari: an sat sit, vt qui libet seorsum, & per se presentes, & sic non sit necessarium eos vocari.

1. Hæc in re conuenit inter omnes Doctores citandos, & alios, quod si presentent vt Collegium, seu vniuersitas, debent simul conueniri, & omnes citari, & contemptus vnus faciet cassari presentationem: & idem dicit Felinus vbi infra, de pluribus executoribus testamenti, & patet ex cap. quod scius, & cap. bona, el. 2. de elect.

2. At tota difficultas est quando presentant vt singuli. Duplex est sententia.

Prima ait esse omnes vocandos, vt confluant ad eundem locum, quia si minor pars fuisset præsens, forte inclinaret maiorem partem ad aliam presentationem. Item, quia cum agatur de præiudicio minoris partis, cui maior pars potest præiudicare, oportet omnes citari, ac simul interesse. Pro qua sententia vehementer vrget l. & sum. ff. de pactis, sine, & ibi Crotoos dicit hæc esse communem sententiam. Et hæc tenent Panormit. cap. cum omnes, de constitut. & cap. 3. de iure patron. num. 14. & Felin. d. cap. cum omnes, num. 29. Bartol. l. omnes populi, ff. de iustit. & iure, Bencellinus, quem refert, ac sequitur Rochus de iure patron. verb. honorificum, quest. 60. num. 94. Syluest. verbo ius patronatus, q. 11. Armill. ibi num. 10. Tabien. quest. 19. Angel. num. 21. Iafon. & Alexand. d. l. & sum. & idem dicit Felin. de executoribus testamenti.

3. Secunda sententia probabilior ait posse quemlibet seorsum alio non vocato presentare: & remanebit alij compatrono ius suum illatum presentandi eundem, vel alium: & facit l. per fundum, ff. de seruit. rustic. pred. Sic tenent Decius, Lapius, & Aimon, quos refert, ac sequitur Spino speculo testam. gloss. 4. num. 89. Anton. cap. cum omnes, de constitut. num. 24. & cap. 5. de iure patron. Panorm. consil. 76. volum. 2. & dicit quod hæc opinio tanquam communis obseruaretur in practica. Federio. consil. 102. Calderin. consil. 9. & 15. de iure patronatus. Ancharan. cap. canonum statuta, de constitut. Bertachin. in repertorio, verbo patronus, versio. patroni simul. Crotoos d. l. & sum. Paulus de Citadinis de iure patronatus, 6. part. art. 3. quest. 29.

SYMMARIVM.

- 104. Que pœne statuta in iure sint contra simoniacos.
105. An simoniaci mentales incurant pœnas contra simoniacos Latas, & sic teneantur restituere.
106. An omnis simonia externa, & realis sit subiecta pœne simonia, & obliget ad restitutionem, vel

tantum simonia realis completa ab vtraque parte.

- 107. An omnis simonia realis, seu completa subdatur pœnis, & restitutioni simonia, vel tantum simonia in beneficio, & in ordine, & ingressu religionis.
108. An simonia realis, & completa, solo tamen iure Ecclesiastico vetita, subiaceat restitutioni, & pœnis simonia.
109. An quando sola voce, & instrumento proficetur quis se dare temporale pro spirituali, sit etiam simonia, si peruenit ad traditionem rei spiritualis, & pretij, & subiaceat pœnis simonia, & obliget ad restituendum.
110. An quando datur aliquod paruum pro beneficio, sit peccatum mortale, & incurrantur pœna.
111. An iure diuino, & naturali teneatur simoniaci restituere pretium pro re spirituali acceptum, & ipsam rem spirituales resignare.
112. An saltem de iure Ecclesiastico teneatur recipiens pretium simoniace pro beneficio, ordine, vel ingressu religionis, illud restituere, & datus pretium teneatur rem spirituales, & beneficium resignare.
113. An tantum pretium receptum pro simonia in ordine, & beneficio, & ingressu religionis, sit necessario restituendum: vel idem sit de pretio pro quibuscumque rebus spiritualibus recepto.
114. Cui sit restituendum pretium simoniace acceptum casu quo iuxta dicta restituendum est.
115. Qualiter obtinens beneficium per simoniam realem ex vtraque parte completam, teneatur illud resignare, ac fructus restituere, quando sciens scilicet id accepit.
116. An quando quis ignorauit simoniam, quia scilicet ipse ignorauit alius dedit pretium, ut sibi conferretur beneficium, teneatur beneficium resignare, & fructus restituere.
117. An mediator simonia, per quem quis obtinet beneficium ignoranter, vel sciens simoniam, teneatur restituere fructus beneficii, si ipse beneficiarius non restituit, & cetera, quæ beneficiarius teneatur restituere, & ipsam admittere, quando laborat ignorantia simonia commissæ, vel quid teneatur facere.
118. Cui sit restituendum beneficium simoniace acquisitum.
119. Cui sim restituendi fructus acquisiti ex beneficio per simoniam obtento.
120. Quis possit dispensare in omnibus pœnis, qua supra dub. 104. diximus contra abere simoniacum, & renouare ritum beneficii.
121. An qui teneatur restituere fructus simoniace perceptos, vel alia debita incerti domini, casu, quo illi fructus possunt restitui pauperibus, iuxta dicta supra dub. 119. satisfaciat elemosinis, quæ huius obligationis aut ignorans, aut inmemor pauperibus erogauit.
122. An si quis existens excommunicatus, vel per simoniam obtinuit beneficium, quod spectat ad inspirationem, indigeat noua patroni presentatione, quando est absolutus ab excommunicatione, vel dispensatus in illa simonia, vt obtineat beneficium.
123. An qui simoniace, vel existens excommunicatus obtinuit beneficium, absoluti possit, diem procurat dispensationem, seu renouationem ritum, vel cogendus sit statim resignare.

De restitutione, & pœnis simonia.

DVBIVM CIV.

Que pœna statuta iure sint contra simoniacos.

1. T clarior procedam, seorsum ponam in hoc dubio pœnas contra simoniacos in beneficio in Ordine, & in ingressu Religionis, & statim sub hoc eodem dubio generales pœnas simonia.

2. Prima ergo pœna simoniaci in beneficio est, quod simoniaci in beneficio, siue publici, siue occulti sint, siue dando, siue recipiendo, siue sint principales, siue, vt illa fiat procurauerint, aut mediatores extiterint, sunt excommunicati, excommunicatione referata Papæ, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgent dignitate: & iubetur in virtute sanctæ obedientiæ, vt quos hæc simoniam commisisse, aut procurasse, aut in ea mediatores extiterint, alij norint, absolui nequeant, donec reuelent Papæ, vel cui ipse commiserint. Sic habetur expressè Extrauag. 2. de simonia, quæ est Pauli II. & in quadam extrauag. Martini V. quam refert D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 66. excommunicatio statuitur contra hos non reuelantes.

3. Circa hæc pœnam nota primò, quod Syluest. verbo simonia, quest. 19. pœna 3. refert quandam Extrauag. Martini Quinti, quæ incipit, Damnable; vbi præcipit, ne ab hæc excommunicatione absoluantur virtute cuiusdam Indulti Apostolici concessi, vel concedendi, nisi expressè contineat facultatem absoluedi a simonia. At Felin. cap. de simonia, de simon. quem refert, ac sequitur glossa Extrauag. 15. eod. titulo, in initio, dicit hæc fuisse reuocata.

4. Secundo nota, quod pœna iusta contra non reuelantes simoniacum, est derogata per non vsum, quia non est recepta. Sic Syluest. ibi in 4. pœna, & excommunicatio, 7. excommuni. 43. num. 81. D. Anton. vbi supra. Nauarr. cap. 27. Latæ & Hisp. num. 106. Couarr. reg. peccatorum 2. p. §. 8. num. 7. Tabien. verbo simonia, quest. 74. Manuel 2. como summa, cap. 56. n. 6. Capua lib. 2. decis. cap. 97. num. 2. Caiet. verb. excommunicatio post casum 81. sub tit. excommunicatio potest diuersimodè incurri, in initio, Armil. verbo excommunicatio, excommunicat. 59. Roel. simonia 6. num. 13. Angel. simonia 6. num. 10. Ludou. Lopez 1. p. instruat. noui cap. 307. fol. 972. pag. 1. Immo nec ligauit, nisi existentes in Curia, quia valde irrationabilis esset constitutio, vt vellet pauperes ab extraneis terris adire Curiam pro declaranda simonia, Sic Syluest. Tabien. Couarr. Nauarr. ibi.

5. Tertio nota, quod nomine beneficii intelliguntur electiones, postulationes, & confirmationes, & quæuis prouisiones Ecclesiarum, monasteriorum, vt Prioratus, guardianatus, dignitates, & officiorum ecclesiasticorum, quia in his tam dantes, quam recipientes simoniace, contrahunt dictam excommunicationem, quia licet Prioratus, & guardianatus non sint beneficia, quia tamen monasteriorum sunt electiones, confirmationes, seu prouisiones, & de his omnibus agit dicta extrauagans, ideo comprehenduntur. Sic Syluest. excommunicatio 7. excommunic. 42. num. 80.

Caiet. verbo excommunicatio, cap. 72. Armil. ibi excommunic. 59. Ludou. Lopez 1. p. instruat. noui, cap. 305. fol. 953. pag. 2.

Quarto nota, quod si prædicta extrauagans 1. 6. de simon. non excommunicaret expressè mediatores in simonia, illi non comprehenderentur, iuxta doctrinam communem, quæ in mater. de excomm. habetur, quia excommunicatio in aliquid facientes non cõprehendit mediatores consulendo, &c. Item quia extrauagans prædicta extendens excommunicationem ad mediatores, significat canones, qui expressè non puniunt mediatores, non extendi ad eos. Quare ex pœnis simonia tantum incurritur hæc excommunicationem, quia in ceteris pœnis non explicantur mediatores: nec pœnæ extrauag. Pij Quinti, quæ incipit, cum primum, contra simoniacos, esse essent receptæ, comprehendunt mediatores, quia eos non explicat. Sic Nauarr. lib. 5. consil. tit. de simon. in antiquis est consil. 59. in nouis est consil. 98.

Secunda pœna simonia in beneficio est, quod simoniacus in beneficio, si crimen sit notorium, & publicum, est suspensus. Probatur ex cap. præter, §. verum, dist. 32. vbi sic dicitur, Officium simoniacorum nullo modo recipiatur, & quantum processu, tales à sanctis ministeriis prohibentur. Sed hoc cap. nil probat, aliàs idem dicendum esset de simoniaco occulto, cum non distinguitur, & ita tantum vult quod ministeria, in quibus admiscetur simonia, non recipiantur: vel loquitur de simoniacis in ordine. Secundo probatur, quia est crimen graue: ergo si notorium sit, inducit suspensionem. Sic tenent D. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 6. ad 1. Innoc. cap. tanta, de simon. Panorm. cap. accusatum, eodem tit. Salzedo super præf. Diaz, cap. 91. incipienti, simoniaci. Villadiego tract. de irregularit. cap. de simoniaci, Syluest. verbo suspensio, quest. 7. dicto 2. Angel. simonia 6. post num. 2. Soto lib. 9. de inst. quest. 8. art. 1. ad 1. & circa principium corporis, Armil. verbo, simonia, num. 52. Tabien. ibi, quest. 67. Roel. simonia 6. num. 3. Lud. Lopez 1. p. instruat. noui, cap. 307. fol. 971. pag. 2. & cap. 305. fol. 954. pag. 1. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 5. & plerique alij, vt refert Couarr. Clement. si furiosus, 1. p. §. 1. num. 7. Paludanus 4. dist. 25. quest. 5. num. 6.

Nota quod ferè omnes hi Doctores dicunt, quod si tale crimen simonia est occultum, est suspensus quoad se: sed hoc nil est dicere, quia, vt docent Syluest. verbo suspensio, quest. 7. & Glossa cap. præter, dist. 32. versio, officium, quilibet peccator dicitur suspensus quo ad se, & Nauarr. in omnibus summis cap. 27. num. 192. 193. 245. dicit quod suspensio quoad se non est censuræ, quilibet peccator dicitur sic suspensus; quia abique peccato nequit Ordinem exercere: at exercendo nullam incurrit censuram.

At verius est simoniacum in beneficio etiam notorium non esse suspensum; quia nullus est textus clarè suspensionem imponens, & in dubio in mitiorem partem est propendendum: & quia (vt bene ait Enriquez lib. 14. de irregular. cap. 6. num. 7. in commento literæ R.) notorius simoniacus in beneficio non est depositione dignus; & sic propter hæc notorietatem non est irregularis, vt bene etiam docet Couarr. Clement. si furiosus, 2. p. §. 3. num. 4. & sic Couarr. eadem Clement. 1. p. §. 1. num. 7. dicit priorem sententiam dicentem esse suspensum, dubiam esse. Hanc tenent Nauarr. Ec 4 summa

summa Lat. cap. 23. num. 111. post §. ad 14. vers. 3. §. 6. Enriquez lib. 14. de irregular. cap. 6. num. 7. At sequuta sententia condemnatoria, quia infamiat, est irregularis, ut dicam in 4. poena.

10 Tertia poena simoniae in beneficio est, quod per electiones, portulationes, confirmationes, prouisiones, & qualuis alias dispositiones simoniacas in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, & quibuslibet beneficiis, cuique nullatenus ius acquiritur, sed vi- fibus omnino caret, nec inde facit aliquos fructus suos. Sic expresse habetur extrauag. 2. de simon. & idem Martinus Quintus in Concilio Constantiensi, vt referat D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 65. de qua poena vnum, vel alterum *ibi* dicam, quia late dicendum est *dubius sequitur*.

11 Hinc fit, quod electio simoniaca in Priorem, vel Guardianum, vel quemcumque superiorem alicuius conuentus, non valet, quia expresse dicta Extrauagans loquitur in hac casu: & etiam, vt dixi circa primam penam, haec prelatura in hac extra- uag. comprehenduntur nomine beneficii.

12 Nota quod licet iure antiquo electio simoniaca Papae erat valida, cap. licet, de elect. at Iulius secundus extrauagantem edidit, quae fuit approbata in Concilio Lateranen. quod talis electio non valeat, & excommunicat Cardinales, qui sede vacante illi contraueniunt. Sic Nauarr. in omnibus summa, at clarus in Hisp. cap. 27. num. 110. Victoria *relect. de simon. 2. p. num. 5. Caiet. verbo excommu- nicatio. cap. 24. vbi addit iurare Cardinales sede vacante se feruaturus hanc constitutionem: & haec excommunicatio referuatur *ibi* Papae.*

13 Quarta poena simoniae in beneficio est, quod talis simoniacus est inhabilis ad quodcumque aliud beneficium acquirendum. Hanc adtraunt multi Doctores, sed nullum afferunt textum; quod verò fit inhabilis ad illud beneficium, & sic in dispensatione oportet facere mentionem, quod simoniacè illud acquisierit, quia est intrusus, constat ex his, quae supra diximus *dub. vbi de beneficiis, & docet Rebuff. praxi. tit. quot modis ac- quiruntur beneficia, num. 9. At inde non constat esse inhabilem ad reliqua beneficia, quia intrusus non est inhabilis ad reliqua, nec in imperatione alio- rum oportet facere mentionem intrusionis, vt *ibi* dixi. Si autem id probes, quia simoniacus est ex- communicatus, at excommunicatus est inhabilis ad quauis beneficia: non dubium est, quod man- teneat excommunicatione sit incapax, sicut quilibet alius excommunicatus; sed dubium est, an ab- solutus ab excommunicatione maneat adhuc inhabilis, quia hic haec est specialis, & noua censura, manebit inhabilis. Sed haec sententia potest modo probari ex motu proprio Pij Quinti edito an. 1566. Kalendis Aprilis, anno 1. sui Pontificatus, qui incipit, *Cum primum*, vbi sic dicitur, *Qui crimen simoniae in consequendis ordinibus commississe conuictus fuerit, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus; qui dignitates ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illa sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinenda; qui beneficium, aut officium ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, perpetuo sit inhabilis ad ea, & quauis in aliis beneficiis ecclesiasticis obtinenda. Ecce qui in eadem statuitur inhabilitas: & cum dicit, eo ipso, videtur nullam requiri sententiam. Sic tenent Metcio lib. 1. summa, c. 14. §. 20. fol. 127. pag. 2.**

& fol. 129. pag. 1. & fol. 125. Ludou. Lopez 1. p. in- struct. noui. cap. 307. fol. 971. pag. 2. Capua lib. 2. de inf. cap. 97. num. 1. Manuel 2. verbo summa, cap. 56. num. 6. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 3. *sum. & cap. 56. num. 1. Idem clare supponunt Innoc. cap. de simoniae, de simon. & ibi Ioan. Andr. & Panorm. num. 6. & Syluest. verb. suspensio, q. 7. dicto 4. Angel. simonia 6. num. 3. Arnil. verb. simonia, num. 52. & ibi Tabiena quest. 68. vbi disputant quando Episcopus, vel quando solus Papa dispenset cum simoniaco, vt possit obtinere alia beneficia: ergo supponunt esse inhabilem ad alia.*

At verius est non incurri talem inhabilitatem ad alia beneficia, & sic posse talem simoniacum absolutum ab excommunicatione absque noua dispensatione obtinere alia beneficia praeter illud simoniacè adeptum. Probat, quia nec in Extra- uag. Pauli II. quae est 2. de simon. quam male refert Enriquez pro se, nec in alio iure antiquo talis poena statuta est: & extrauagans citata Pij V. non est vlti recepta; & esto recepta esset, non habet locum in foro conscientiae ante iudicis sententiam. Quod sic probatur, quia triplicis generis simonia- cos punit, scilicet in ordine, dignitate, & benefi- cio, & primos non punit nisi conuictos, vt clarè *ibi* dicitur: ergo nec alios punit, nisi conuictos, quia clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censetur referri ad omnia contenta in illa, modò eadem ratio referendi sit in omnibus, vt bene Dècius post alios cap. secundo *requiritis, de ap- pellat. & Nauarr. vbi infra, & in praedictis tribus eadem ratio inuenitur. Nec obstant ea verba, eo ipso, quia certum est primae poenae non esse locum ante conuictionem, & tamen *ibi* etiam ponuntur. Item quia referri videntur ad priuationem iuris, & adeptionem beneficii, non autem ad inhabilitatem, quia non est eadem ratio referendi, nam iure antiquo illa adeptio erat nulla: at eodem iure non erat statuta talis inhabilitas. Sic tenet Nau. lib. 5. *confil. tit. de simon. in nouis confil. 92. in antiquis est confil. 34. & quidem docti iuniores.**

15 Nota tamen, quod sequuta sententia condem- natoria, quia talis est infamias, vt statim dicemus, est irregularis, & per consequens inhabilis ad quauis beneficia. Sic Nauarr. eod. *tit. in nouis confil. 91. num. 6. vers. ad tertium, in antiquis est confil. 35. & alij quos habes infra *dub. 120. conclus. vltima.**

16 Quinta poena simoniae in beneficio est, quod amittit talis simoniacus omnia alia beneficia, quae prius habebat. Sic Manuel 2. *romo summa cap. 56. num. 6. & refert ad hoc probandum Extrauag. 2. de simon. at dicit requiri sententiam declarato- riam: & Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. n. 5. prope finem, iuncto commento litera C. dicit requiri sententiam saltem declaratoriam: & sic temperandam esse de extrauag. antem. At nec in ea, nec in toto iure, est talis poena, sed tantum in motu proprio Pij Quinti contra simoniacos confidentialiales in ea tantum simonia confidentialis: & sic minus bene dicunt requiri sententiam declaratoriam, quia si sit priuatus ipso iure. Sed requiritur sententia condemnatoria, quia priuatur illis: & sic Rebuff. *praxi benef. tit. de simon. in resignat. num. 13. haec dicit. Simonia non priuat beneficiis ante legitime adeptis, sed est opus priuationis, quia in eo, in quo quis deliquit, puniti debet, cap. postulat, de cler. excomm. in iust. & ideo non valet imperatio facta**

de his beneficiis, quando ante priuationem facta est, sed ea potest resignare ante priuationem. Haec Rebuff. *ibi.*

17 Quae autem sint poenae simoniae confidentialis in beneficiis, habes supra *dub. 34.*

18 Sexta poena simoniae in beneficio, & in Ordine est, quod tales simoniaci sunt infames, & deponendi, si in iudicio conuicti fuerint, cap. de hoc, de simon. cap. inquisitione, de accusat. cap. sane 15. quest. 3. Syluest. verbo simonia, q. 15. poena 2. Ludou. Lopez 1. p. *instr. noui. cap. 307. fol. 972. pag. 2. D. Thomas 2. 2. quest. 100. art. 6. corpore, Soto lib. 9. de iust. q. 8. art. 2. Angel. simonia 6. num. 8. Rosel. simonia 6. initio Tabien. verbo simonia, quest. 72. Arnil. verbo simonia, num. 55. & quod sunt deponendi, tenent etiam Rebuff. in praxi benef. tit. de simon. in resignat. num. 13. & quod casus infamiam haec simonia, tenet Nauarr. lib. 5. *confil. tit. de simon. in nouis confil. 91. num. 6. ad 3. in antiquis est confil. 25.**

19 Poenae autem simoniae in ordine, praeter infamiam, & depositionem, de qua in poena praecedenti, sunt haec.

20 Prima poena simoniae in ordine, quod simoniaci, siue dando, siue recipiendo ordines sunt excommunicati excommunicatione Papali, quacumque fulgeant dignitate, etiam Pontificali, & Cardinalatus, per extrauag. 2. de simon. & etiam mediatores, vt talis ordinatio simoniaca fiat: nam eam extrauagantem pariter de simonia in ordine, ac simonia in beneficio intelligunt Caiet. *verb. excommunicatio. cap. 72. Nauarr. cap. 23. latine num. 111. vers. septimo, & cap. 27. Lat. & Hisp. num. 106. Arnil. verbo excommunicatio, excomm. 59. Tabien. excommunicatio 7. initio. Rosel. simonia, 6. §. 13. Angel. simonia 6. num. 9. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 3. Manuel 2. *tomo summa cap. 56. num. 6. Salzedo super pract. Bernard. Diaz cap. 91. incipienti, simoniaci. Ludou. Lopez 1. p. instr. noui. cap. 307. fol. 971. pag. 2. & Nauarr. in omnibus summa cap. 25. num. 68. dicit intelligi, etiam si sint ordines minores. Idem Manuel eodem cap. 56. num. 6. vers. lo sexto, & patet ex Trident. sess. 1. cap. 1. de reform.**

21 Nota, quod hodie poenas extrauagantis 2. de simon. nempe excommunicationem dictam, & suspensionem, de qua dicam in poena sequenti, incurrun etiam dantes, & recipientes aliquid pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, aut pro sigillo ordinum, & non tantum collatores ordinum, sed etiam eorum ministri, licet sponte oblatum recipiant, quia Trident. *sess. 2. cap. 1. de reform. sine*, decernit, quod hi omnes incurran ipso facto poenas à iure inflictas. Sic Manuel eodem cap. 56. num. 6. *vers. lo sexto, quod intelligendum est in casibus, in quibus est prohibitum illis accipere: de quo supra *dub. 20. & 21. & infra sub hoc eodem *dub. ponam ad omnes poenas simonia- corum alias limitationes.***

22 Secundo nota quod dantes pecunias mediatori, vt sibi impetret dimissorias ad ordines, quas mediator pecunia impetrauit, dicitur simoniacus in ordine, & sic incurrit poenas talis simoniaci, quia licet dimissoria sunt via quaedam directa ad ordinem querendum, & conferunt quoddam ius petendi ordinem, & accipiendi à quouis maluerit Antitite. Sic relatè disputata tenet Nauarr. lib. 5. *confil. tit. de simon. in antiquis confil. 58. in nouis*

confil. 67. & summa Latina cap. 25. num. 65. dicit, quod incurruntur haec poenae, licet pecunia non detur ordinatori, sed tertio mediatori. An verò sit opus, vt alias nisi data pecunia non obtineret, habes supra *dub. 26.*

Secunda poena simoniae in ordine est, quod omnes simoniacè ordinati, siue publici sint, siue occulti, sunt suspensi à suorum ordinum executione: & sic nec possunt vti ordinibus susceptis, nec ad vltiores ascendere. Patet ex extrauag. 2. de simon. & cap. praeter, §. verum, dist. 32. & cap. reperitur, l. quest. 1. & cap. eos, §. 1. dist. 1. & tenent omnes: nec iure negari potest, vt docet multos referens Couarr. Clement. si furiosus, 1. p. §. 1. n. 7. Panorm. cap. de simoniacè ordinati, n. 5. & ibi Felin. num. 2. Syluester *verb. suspensio quest. 7. Angelus simonia 6. initio. Tabiena *ibi, quest. 65. Manuel 2. tomo summa cap. 56. num. 6. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 3.**

Nota, quod sic simoniacè ordinatos vocant multi Doctores irregulares. Sic Soto lib. 9. de iust. quest. 8. art. 1. sine corpore. & art. 2. conclus. 1. Couarr. Clement. si furiosus, 2. p. §. 3. num. 4. Tutrect. cap. fin. dist. 25. D. Anton. 3. p. tit. 28. cap. 6. §. 7. Tabien. verbo *dispensatio, num. 14. Syluest. verb. crimen, quest. 2. & verb. irregularitas, quest. 14.*

At melius Enriquez lib. 14. de irregular. cap. 6. num. 7. & in commento litera V. dicit limitandos esse praedictos Doctores, quando hoc crimen simoniae in ordine est notorium; quia est crimen enorme, & depositione dignum. Idem dicit lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 5. quia non apparet textus talem irregularitatem statuens.

Immo Xistus Quintus in sua rigidissima con- stitutione contra male promotos ad ordines solum statuit illos esse irregulares, si in ordinibus male susceptis ministrare praesumpserint: & idem decernit de simoniacè promotis, §. caeterum *si quis antistes*. Quare antequam in ordine simoniacè suscepto ministrant, solum sunt suspensi; non verò irregulares.

Verum est tamen, quod tam ordinans, quam ordinatus incurrun hodie poenas constitutionis Sixti Quinti contra hos, qui male promouent, & male promouentur ad ordines, quas refert Quaranta in summario Bullarum *verb. ordo*.

Et licet haec constitutio Sixti reducta sit per Clement. VIII. ad terminos iuris communis, & Concilij Trident. & extrauag. Pauli II. quantum ad alia; tamen quantum ad simoniam in ordinibus collatis, & acceptis, illam in suo robore reliquit, vt ex ipsa constat apud Quarantam supra, & notauit Synodus Hispalensis *tit. de punit. & remiss. cap. 7. circa finem.*

Temperanda tamen sunt praedictae poenae Sixti, vt solum habeant locum, quando tempore ordinationis erat iam petendum solum: si enim non erat solum, cum simonia non sit completa, nec ordinans, nec ordinatus, non erunt suspensi, nec excommunicati: & per consequens, nec ordi- nans ordinando, nec recipiens in susceptis ordinibus postea ministrando sunt irregulares, nec incurrun alias poenas Sixti Quinti.

An verò mediatores, vt committatur simonia in ordine, sint suspensi. Angel. simonia 6. num. 4. affirmat esse suspensos per regulam, *accessoriorum, de reg. iur. in 6. Sed fallit, quia dicta extrauagans 2. de simon. in excommunicatione explicuit simoniacos,*

simoniacos, & mediatores: at in suspensione tantum explicat simoniacos, quare non includit mediatores, iuxta ea, que habes supra in hoc eodem dubio, num. 6.

31 Maius autem dubium circa hanc penam est, an qui ordinatur simoniace ignoranter, quia scilicet alius eo ignorante contulit pecunias ordinari, sit suspensus.

Duplex est sententia.

32 Prima affirmat esse suspensum ab illo ordine sic recepto, non autem ab aliis. Probatur ex cap. presentium 1. quæst. 5. ubi dicitur ordinatum simoniace ignoranter esse suspensum, & cap. simoniace, de simon. talem posse in ordine remanere, & sic Glossa versic. remanere, inquit, dispensatiue. Sic tenent D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 3. & ibi Aragon fol. 113; 1. & quæst. 32. art. 7. dub. 2. conclus. 4. fol. 71. 8. lex 17. tit. 17. p. 1. Soto lib. 9. de iust. q. 8. art. 1. ad 3. Syluest. verbo suspensus, quæst. 7. & verb. simonia, 98. dict. 5. Angel. simonia 6. Armil. verbo simonia num. 5. Innoc. cap. 1. & cap. de simoniace, de simon. Felin. eo cap. de simoniace, num. 2. & ibi Panorm. num. 6. & ibi Host. & Anchar. Tancredus, & Vincentius, quos refert, & sequitur Turrecr. d. cap. presentium, Tabien. verb. simonia, quæst. 9.

33 Nota primò, quòd aliqui ex his Doctoribus dicunt, quòd licet possit hic suspensus alios ordines exequi, cum ab illis non sit suspensus (& aiunt Panorm. Innoc. Anchar. Host. quòd potest etiam beneficia retinere, & de nouo suscipere) at non potest ad vltiores Ordines ascendere, donec absoluat à suspensione illius ordinis, quia per saltum videretur promotus. Sic Innoc. d. cap. de simoniace, Panorm. Felin. Anchar. Host. Tabiena, Armilla, citati pro prima sententia.

34 Nota secundò, quòd Syluest. verb. simonia, quæst. 8. dicto 5. dicit, adhuc esse suspensum, licet expressè contradiceret; quia similiter esset suspensus, si non pro sua ordinatione, sed pro alia accepisset Episcopus nummos. Ratio, quia ordinatur ab Episcopo simoniaco, iuxta dicenda in hoc eodem dubio, pæna 4. Sed (vt ibi dicam) requirit, vt talis Episcopus sit denunciatus de simonia; & adhuc verius est, quòd ordinatus ab eo, non est suspensus, si ordinatur id ignorans, vt ibi dicam.

35 Secunda sententia verior est, quòd ordinatus simoniace ignoranter nullam suspensionem, nec censuram aliam contrahit; quia cap. 2. de constit. in 6. dicitur nullam sententiam ligare ignorantem, nisi ignorantia sit crassa, vel supina: atque sic intelligendi sunt textus citati pro prima sententia, quando ignorantia est crassa: & sic explicant aliqui d. cap. presentium 1. quæst. 5. de ignorantia culpabilis, vt referunt ibi Archid. & Turrecr. non enim est æquum, vt qui caret culpa, patiatur penam. Sic tenent Nauar. in omnibus summis cap. 25. num. 68. & Bellamera, & Cardin. quos ibi refert: idem Salzedo super pract. Bernar. Diaz cap. 91. incipienti, simoniaci, non dat, Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 4. & lib. 14. de irregularit. cap. 6. num. 7. & docti iuniores, qui addunt, licet ignorantia sit peccatum mortale, modo non sit crassa, vel supina, per d. cap. 2. de constit. in 6. quod idem in alio simili dicit Enriquez d. lib. 14. de irregularit. cap. 6. num. 6. & latè dixi lib. 9. de matrim. disp. 32. à num. 18.

36 Imò hoc verum est, etiam si post ordinationem

ratam habeat dationem pretij pro ordine factam, & soluat promissum pretium, si externo signo non induxit; quia ratiuabitur in illis non retrahitur, nisi quando verbo, vel externo signo fuit causa efficac ordinatio; & quia tantum est suspensus, qui simoniace scienter ordinatus est: at hic non scienter, sed penitus ignorans sic ordinatus est. Sic Enriquez dicto cap. 37. num. 4. & dicto cap. 6. num. 7. & Nauar. d. cap. 25. num. 68. videtur dicere idem, licet non tam expresse: & idem colligitur ex Doctoribus infra in fine huius dubij citandis, qui docent non incurri penas, quando pecunia datur post ordinationem. Nec obstat cap. sicut visus, de simon. quia loquitur de beneficio collato per simoniam ignoranter; de quo speciale faciemus dubium. Hoc tamen est contra Maiolum lib. 5. de irregularit. cap. 45. num. 2.

Nota quòd non peccat soluens amico pecuniam, quam, se incio, pro ordine dedit, quando non complacet de simonia præterita, nec hoc soluit quasi ratam habens simoniam, sed ne amicum damnum patiatur pro eo, quod amice fecit. Sic Nauar. d. cap. 25. num. 68. & multo melius lib. 5. constit. de simon. in nouis, & in antiquis constit. 10. num. 5. 6. 7. 8.

38 Tertia pæna simoniæ in ordine est, quòd talis simoniacus, qui simoniace confert alicui ordines, est perpetuò suspensus, per cap. præterita, §. verum, dist. 32. vbi sic dicitur, officium simoniacorum nullo modo recipiatis. Quòd si obicitur cap. penult. de simon. vbi ordinans promissione recepta, quòd ordinatus non petet ab ordinatore alimenta, est suspensus per triennium, & tamen ea est simonia, cum apponatur pactum remittendi Episcopo obligationem alendi ordinatum sine patrimonio: respondent Panorm. & Innoc. ibi, quòd est speciale in eo casu, quia ea non est proprie simonia, cum nondum esset contracta obligatio alendi, nec ordinator intendebat vendere ordinem, sed vitare suum damnum: nec ordinatus intendebat emere, sed seruire indemnem suum ordinatorem. Sic tenet Panorm. cap. penult. de simon. num. 5. & ibi Innoc. sine Syluest. verbo suspensio, quæst. 7. Angel. simonia 6. num. 1. Armil. verb. simonia, num. 51. Tabien. ibi, quæst. 66. Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 4. Sed male hoc dicit esse per Extraneus. 2. de simon. quia illa tantum suspendit recipientem ordinis simoniace.

Vnde non est admittenda distinctio D. Thom. 39 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 1. & Rofel. simonia 6. num. 2. vbi dicunt, quòd si talis simonia est occulta, sic ordinans est suspensus tantum quoad se: si verò est publica, est suspensus quoad alios; quia ius non distinguit, & sic eam reicit Syluest. ea quæst. 7.

40 Quarta pæna simoniæ in ordine est, quòd ordinatus ab Episcopo simoniaco in dando ordinem, & recipiendo, vel in collatione, aut receptione, aut mediacione beneficiorum, est suspensus ipso iure, seu irregularis. Ratio, quia ordinatur ab Episcopo excommunicato, & suspensio: at ordinatus ab heretico, schismatico, excommunicato, suspensio, interdictio, deposito, vel degradato, est suspensus, seu irregularis, cap. 1. de schismaticis, vbi sic dicitur, ordinationes factas à schismaticis esse irritas, scilicet quoad

quoad executionem. Et de excommunicato habetur cap. fin. de ordin. ab Episcopo, qui resign. Episcop. Et patet etiam, quia omnes hi non habent ordinis executionem: ergo si ordinent, non dant executionem in nemo enim dat, quod non habet, cap. Daiberium, 1. quæst. 7. Et de simoniaciis est etiam textus cap. si quis à simoniaco 1. quæst. 1. & tenent omnes Doctores citandi. Dixi, suspensus, seu irregularis; quia Syluest. verbo irregularitas. Angel. Armilla, & Soto vbi infra, illum vocant irregularem. Sed melius Nauar. vbi infra, Enriquez lib. 13. de excomm. cap. 33. in fine, & alij docent hunc non esse irregularem, sed solum esse suspensum, iuxta ea, que supra diximus in hoc dubio circa secundam penam simoniæ in ordine; & iuxta ibi dicta dicendum est incurtere penas Sixti Quinti, quando pretium ordinis fuit solum.

41 Duplex tamen est difficultas circa hanc penam: altera est, an quando hi simoniaci excommunicati, & suspensi, &c. sunt tolerati, & occulti, iniuriati ab illis incurrat hanc penam. Quidam enim affirmant, & potest probari; quia quantumuis hi tolerati, & occulti sint, non habent ordinis executionem, cum ab illa suspensi sint: ergo nequeunt si ordinant, illam dare, cum nemo possit dare quod non habet. Sic tenet Syluest. verbo suspensio, quæst. 7. Glossa cap. si quis à simoniaco, 1. quæst. 1. & videtur tenere Couarr. quia indistinctè loquitur, cap. alma mater. 1. p. §. 6. num. 6.

42 At dicendum est, non incurrere, nisi recipiant ordines ab his, quando tenetur eos vitare iuxta constitutionem Martini Quinti, ad cuiusmodi scandala: nempe quando sunt denunciati, vel notorij percussores Clerici. Probatur, quia iuxta hanc constitutionem tantum hos tenentur vitare, quando scilicet sunt denunciati, aut notorij percussores Clerici, in omnibus, etiam in receptione sacramentorum: ergo recipiens Sacramenta, quocumque ab illis, dum non sunt denunciati, &c. nullam contrahit censuram, aliàs teneretur illos vitare. Nec obstat ratio contraria; quia exequutio in hoc casu non datur ab Episcopo ordinante, sed à Papa hōs tolerante, & à Christo, qui est auctor ordinis; quod etiam contrarij tenentur fateri: nam, vt statim dicam, ferè omnes illi fatentur ordinatum coactè per merum iustum à quocumque excommunicato etiam denunciato recipere executionem ordinis. Sic tenent Syluest. verbo irregularitas, quæst. 7. & ibi Angel. num. 30. Armil. ibi num. 78. Soto lib. 9. de iust. quæst. 8. art. 1. ad 1. & 2. & 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. versic. in ordinatione. Nauar. in omnibus summis cap. 25. num. 69. & cap. 27. Lat. num. 241. Hisp. num. 242. Enriquez lib. 14. de irregul. cap. 6. num. 6. 7. Maiolus lib. 4. de irregularit. cap. 25. Felin. cap. ad probandum, de sentent. & re iud. num. 7. Immo ante hanc extraneam etiam dixerunt Panorm. eo cap. ad probandum, num. 15. Innoc. cap. 1. de schismaticis, num. 4. idem etiam tenet Castro lib. 2. de lege panali cap. 15. immediate ante §. alij sunt actus, & est certum.

43 Nota, quod Sotus 4. dist. 15. quæst. 1. art. 3. versic. in ordinatione, dicit idem esse, si ordinetur ab hereticis, vel schismaticis; quia hi censentur nominatim excommunicati: & sic vitandi sunt,

Sed hoc latè reprobabo in materia de excommunicatione. Immo non fat est, vt sint denunciati, heretici, vel schismatici, vt ibi dicam, nisi expressè sint denunciati excommunicati, vel suspensi; quia antea non tenemur eos vitare.

Alterum dubium, & grauius est, an ignoranter ordinatus ab his simoniaciis, & excommunicatis denunciatis, &c. quia scilicet ignorabat eos tales esse, incurrat dictam suspensionem, seu irregularitatem. Quidam affirmant. Probatur ex cap. si quis à simoniaco, quæst. 1. quod est Verban Papa, vbi dicitur, si qui ordinati sunt à simoniaciis, & probauerint id ignorasse, misericorditer eos sustinemus: si misericorditer; ergo absque hac dispensatione sunt suspensi: & fortius ex cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui resign. Episcop. sine, vbi dicitur, quòd si ignoranter ab his ordinati sunt, nisi ignorantia fuerit crassa, & supina, potest Episcopus dispensare: ergo iam contrahitur irregularitas ab ignorante; & cap. sequenti, eod. tit. dicitur, cum clerico, qui ignoranter ab excommunicato ordinatus est, potest Episcopus dispensare. Sic tenent Glossa cap. si quis à simoniaco, 1. quæst. 1. versic. si quis, & cap. 1. de schismat. versic. irritus, & cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui resign. Episcop. versic. ignorantia, & cap. ab excommunicato 9. quæst. 1. versic. quondam. Henricus cap. 1. de schismat. & ibi Anton. num. 5. Anchar. num. 5. & Innoc. ibi in fine, tanquam probabile hoc ponit; & tenet ibi Host. & ibi Armil. num. 12. Selna benefic. 2. p. quæst. 12. Couarr. dicens non posse iure negari, cap. alma mater. 1. p. §. 6. num. 6. Syluest. verbo irregularitas, quæst. 7. & ibi Angel. num. 30. & Armil. num. 78. & videtur supponere Nauar. cap. 27. Lat. num. 241. Hisp. num. 242. vbi dicit posse Episcopum dispensare, quando ignorabat ordinatum denunciacionem.

At statuunt Doctores omnes citati differentiam inter eum, qui ordinatur ab his scienter, & eum, qui ignoranter: cum illo enim solus Papa dispensat, cum hoc verò Episcopus, iuxta text. cap. 1. & 2. de ordin. ab Episcopo, qui resign. Episcop. & hoc nisi ignorantia fuerit crassa, vel supina, vt dicitur eo cap. 1. & notat Enriquez lib. 14. de irregularit. cap. 6. num. 7. sine; & exceptis his, qui post ordinem sic susceptum profitentur Religionem; his enim etiam scienter sic ordinatis potest per eorum Prelatos dispensatio concedi: & idem si post Religionis ingressum sic fuerint ordinati, cap. cum illorum, de sentent. excomm. & cap. 2. de Apost. & notat Couarr. eo num. 6. Aduerte tamen quòd quando hi scienter sic ordinati sunt, cum hodie incurrant penas motus proprii Sixti Quinti, vt diximus, iam nullo modo possunt nisi per Papam dispensari, vt expressè in eo dicitur.

Ceterum valde probabile est non incurrere ordinatum ignoranter; quia cum vacet culpa, non debet dari penam. Item quia cap. 2. de constit. in 6. dicitur nullam ignorantem, nisi crassa, aut supina ignorantia sit, incurrere censuram, vt dixi lib. 9. de matrim. disp. 32. à num. 18. Item quia ferè expressè hoc dicitur cap. ordinationes, 9. quæst. 1. quod est Verban Papa, sic enim ibi dicitur: ordinationes, que ab hereticis nominatim excommunicatis factæ sunt, irritas esse decernimus